

suavis benignus et humanus. quod facit homines suaves in corde. benignos in sermone. et humanos in omni puerfatione. **Ter**cium est preceptus temporalium. et ideo apparuit in specie flatus. quod omnia temporalia facit preminere tanquam flatum vaporum et fumum. Et ideo legitur de samphone quod cum spiritus domini in eum irruit leonem interfecit. philisteos superavit et vincula dirupit. **Per** leonem intelligitur superbia. per philisteos qui interpretantur cadentes intelliguntur diuitie siue ipsa auaricia quod sicut dicitur **Prover. xi.** Qui perdit in diuitiis corrumpet. Sed per vincula intelligitur ipsa carnalis concupiscentia. iuxta illud **Eccle. vii.** Vincula enim sunt manus illius. **Quartum** est desiderium supernorum. et ideo apparuit in specie ignis qui semper habet furtum ferri. **Ezech. vii.** Eleuauit me spiritus inter terram et celum. vbi cum ergo est fumus aromaticus sancti desiderij. signum est quod ibi sit ignis spiritus sancti. **Grego.** Qui mente integra dominum desiderat profecto iam habet quem amat.

De sancta Trinitate.

Sermo primus

O Altitudo diuinitatum sapientie et scientie dei. **Rom. xi.** Festum sancte trinitatis quidam celebrant in octaua que est octaua pentecostes que est principium dominicarum. ad inueniendum quod deus est prima causa omnium. Sed alij celebrant illud festum in ultima dominica. ad inueniendum quod deus est finis omnium. Alij nunquam celebrant contenti illa laude primaria trinitatis qua dicitur. gloria patri et filio etc. ut ostendat quod est gubernatrix et preseruatrix omnium. **Apostolus** igitur licet raptus fuerit usque ad tertium celum. tamen non est ausus misterium sancte trinitatis curiose inuestigare. Sed in verba admiracionis et laudis propensus dicit **Sal**utudo diuinitatum. In quibus verbis tria ponit. **Primo** quod ipsa beata trinitas non est

curiose inuestiganda. cum dicit **Salutudo** diuinitatum sapientie et scientie dei etc. **Curiose** enim hoc inuestigare vanum esset ac periculofum et confusione dignum. Vanum quidem esset quod intentum suum persequi non posset. **Eccle. iij.** Altiora te ne quaeris. et fortiora te ne scrutatus fueris etc. Unde legitur quod eo tempore quo beatus **Augustinus** libros de trinitate faciebat. quendam puerulum in litore maris inuenit qui cum quodam cocleari argenteo aquam maris in quandam puam foueam refundebat dicens se velle totum mare in illam foueam refundere. Cui **augustinus** puocatus ait. Quomodo hoc posset fieri cum mare sit magnum et coclear modicum ac fouea parua. Et ille. Facilius est mihi hoc agere quam tibi id quod cogitas adimplere. Cogitas enim in libro tuo misterium trinitatis comprehendere cum liber tuus sit parua fouea ad recipiendum. ingenium tuum modicum coclear ad inquirendum. et trinitas ipsa immensum pelagus ad exhauriendum. statimque puer disparuit. **Secundo** hoc esset periculofum quod ex nimia immensitate luminis posset incurere cecitate erroris. **Prover. xrv.** Sicut qui mel multum comedit non est ei bonum. sic qui perscrutator est maiestatis opprimitur gloria. **Augustinus** in libro de trinitate vbi quicquid unitas trinitatis patris et filij et spiritus sancti nusquam periculofius alicubi erratur. nec laboriosius aliquid queritur. nec fructuosius aliquid inuenitur. unde legitur in apocryphis **Esdras**. quod cum ipse esdras profunda dei inquirere vellet ad seipsum reductus est ne supra se nimis eleuaretur angelo sibi dicente. Si vales flammam ignis pondera. statum vena meti fura. diei preterita reuoca. quasi dicat. si hoc que infima sunt non vales comprehendere. quomodo hoc que diuina sunt vales attingere. **Tercio** hoc esset confusione periculofum. Dixit enim **rabi moyses** quod tu multisce dixerunt. quod quicumque ingenium suum ponit circa quatuor recipiet confusione

quando scilicet vult scire quid est in summo. quando vult scire quid est in ymo. quod fuit primo. et quid erit ultimo. Summum et primum vocat deum in quantum est principium omnium. Imum et ultimum vocat ipsum in quantum est finis omnium. Quantum enim ad ista deus est inuestigabilis. **Isa. vi.** Dicitur de seraphin quod duabus alis velabant faciem eius. et duabus velabant pedes eius. Velant igitur caput et pedes. quia deus prout est principium et finis est nobis inuestigabilis. Media autem non sunt velata. quia ea que sunt a principio in finem id est diuini effectus nobis cognita sunt. **Secundo** ponit apostolus quod ipsa beata trinitas fideliter est credenda. cum dicit. Quoniam ex ipso et per ipsum etc. **Ubi** ponit trinitatem personarum cum dicit. Quoniam ex ipso etc. **E** unitatem essentie cum dicit. **Ipsi gloria in secula.** **Ista** enim fides nostra adiuuari potest scripturarum testimoniis. creaturarum vestigiis. et ostentis miraculis. **Potest** autem hoc ostendi per auctoritatem diuinam. angelicam. et humanam. **De diuina** dicit **Genesis. i.** **F**aciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. **Quod** ergo dicit **Faciamus** et nostram. personarum pluralitatem respicit. quod vero in singulari numero dicit si multitudinem et imaginem. substantie respicit unitatem. **Hoc** etiam ostenditur per auctoritatem angelicam. quia angeli quotidie exclamant et dicunt. Sanctus. sanctus. sanctus dominus deus exercituum etc. **Quod** ter dicunt sanctus pertinet ad trinitatem personarum. quod semel dicunt dominus deus ad unitatem essentie. **Hoc** etiam ostenditur per auctoritatem humanam scilicet prophetiam. **Psal. Benedicat** non deus deus noster etc. **Apostolicam. p. Iohan. vi.** **T**res sunt qui testimonium dant in celo pater. verbum. et spiritus sanctus. **Et** hi tres vnum sunt. **Et** per auctoritatem euangelicam. **Matthi ultimo.** **B**aptisantes

eos in nomine patris et filii et spiritus sancti. **Secundo** adiunxit ipsa fides nostra qua credimus deum esse trinum et vnum ex creaturarum vestigiis. et istud vestigium inuenitur in creaturis superioribus sicut in sole. **I**n quo secundum beatum augustinum tria considerantur. scilicet quod est. quod lucet. et quod calet. id est substantia solis. radius. et calor. **R**adius de sole nascitur. quia filius de patre generatur. **C**alor autem ab vtroque puenit. quia spiritus sanctus ab vtroque procedit. **S**ubstantia vero solis a nulla creatura causatur. quia pater a nullo derivatur. **I**n creaturis inferioribus. sicut pater in aqua. **U**na est aqua in fonte in riuo et stagno. sed riuus est a fonte. stagnum ab vtroque. fons a nullo. **I**n creaturis medijs. sicut in homine in quo est vna anima in tribus potentijs. de quibus dicit augustinus. **N**on sufficit solus intellectus nisi sit voluntas in amore dei. nec duo sufficiunt nisi si memoria addatur. qua semper in anima intelligentis maneat deus. **T**ercio adiunxit ostentis miraculis. quorum vnum ponit euzebius quod circa natiuitatem christi tres soles in oriente apparuerunt. qui paulatim in vnum solem redacti sunt. **A**liud ponit eutropius quod dum quidam arrianus quemdam baptisaret et formam trinitatis peruerteret mox aqua disparuit. **T**ercium ponit fulgbertus quod episcopo **H**anstei missam celebranti tres gutte clarissime super altare celitus sunt emisse que sibi appropinquantes vnam gemmam pulcherrimam effecerunt. quam cum in quadam cruce vbi erant multe gemme posuisset. ille tantam eius excellentiam non ferentes de cruce peritinus ceciderunt. **T**ercio dicit apostolus quod ipsa beata trinitas et unitas est a nobis glorificanda cum ait. **Ipsi gloria in secula seculorum amen.** **D**etemus ipsam glorificare propter debitum. quia propter ipsam homo est formatus. **Isa. xliij.** **P**opulum istum formauit et mihi laudem meam natus est.

tabit. Propter meritum. *j. Reg. ij.* Qui
cunq; honorificauerit me glorificabo eū.
Propter exemplum. q; ipsam glorificat
creatura insensibilis. *Psal.* Celi enarra-
t gloriā dei. Irrationalis creatura *Isaie*
liij. Glorificabit me bestia agri et draco-
nis. Creatura intellectual. *Job. xxxviij.*
Ubi eras quando me glorificabant asira
matutina. et ideo debet istā glorificare cre-
atura rationalis vt verificet illud quod
dicit *Augu.* Non cessat nec tacet laudes
tuas vniuersa creatura tua.

De sancta Trinitate
Sermo secundus

Benedicat nos deus deus noster
benedicat nos deus etc. *Propheta*
ta spū scō inspiratus misterium
trinitatis nobis aprens tria dicit. *Primo*
quid de eo sit credendū. *Secōdo* quid ab
eo sit petendum. *Tercio* qualiter sit ei ser-
uiendū. De deo autem est credendum q;
sit trinus. ideo ponit ibi ter deus. et q; sit
vnius ideo in singulari ponit bndicat. Et
hic istud sit supra nos. tamē in creaturis
aliquahter eluceſcit. Et primo i creaturis
vniuersalib; in quib; inuenimus magni-
tudinē p quam intelligit patris poten-
tia. speciem et pulcritudinem p quam in-
telligit filij sapientia. De his duob; dicit.
Sap. xij. A magnitudine enim speciei et
creature cognoscibiliter poterit eorū crea-
tor videri. vtilitatem per quam intelligit
spū sancti bonitas et clementia. *Gene. j.*
Vidit enim deus cūtra que fecerat et erat
valde bona. *Secōdo* eluceſcit in creaturis
in particulari sicut in igne in quo quide;
est species ignis splendor et calor. Splen-
dor ab igne nascit. calor ab igne et splen-
dore generat. Unde dicit *Aug.* Splendor
est de igne et tamen coeua sunt. Da enim
mihi ignem sine splendore et credam pa-
trem esse sine filio. *Secōdo* in creatura spi-
rituali sicut in anima. vnde dicit *Aug.* de
trini. Deus et notitia eius et amor eius

etia quedam sunt. Deus enim nouit se et
amat se. et cum se cognoscit noticiā suā
gignit et est parens sue noticie. *Tercio* ē
amor qui de ipsa se; mente et noticia pce-
dit. cum mens se cognoscens diligit se.
Tercio in secularib; disciplinis. vñ dicit
Faustus in libro de fide catholica. Tres
tantū personas liberalia studia senserunt.
Nunc enim in arte grammatica nisi pri-
mam secundam et terciā psonam inue-
nimus. Etiam inuenit vna dictio que ē
vñica in voce. et triplex in significatōe. vt
hec dictio amor que potest ēē alicuius no-
men propriū. et est nomen cōmune et ver-
bum. *Quarto* in numeris vñde dicit phi-
losophus p hunc numerum se; ternariū
adhibuimus nos ipsos magnificare deū
vñum eminentem ppterantibus eorū que
sunt creata. Non autem intelligendū est
q; ipsi posuerunt numerum ternarium in
psonis diuinis q; hoc non cognouit. sed
vult dicere q; antiqui vtebātur numero
ternario in sacrificijs et orationib; ppter
quandam numeri pfectōnem. *Secūdo*
ppter ponit quid sit ab eo petendum. q;
benedictio eū; dicit Benedicat nos deus
deus etc. Inuocatio namq; trinitatis tri-
plicē nobis benedictōe; acquirit. *Prima*
pſistit in terrenorū despectōne et celestium
ptemplatōne. *Isa. xl.* Quis appendit tri-
bus digitis molem terre. quasi dicat nul-
lus nisi deus trinus in sua potentia sapi-
entia et misericordia. quasi tribus digitis
molem terre. i. ponderositatem corporis.
appendit sursum eleuando ad pternendū
terrena et cōtemplandū celestia. Sic igit
appensus et eleuatus erat beatus *Augu-*
stinus de quo dicit. q; cum libros de scā
trinitate scriberet et quedā vidua in tabu-
latione posita ad eum vadens ipsum sa-
lutarer. et ipse nihil illi mulieri responde-
ret. ipsa tristis abſcessit. Sequenti autem
die cum eius missam audiret facta est in
extasi mentis et rapta est in celum. ibidem

vidit Augustinum facie inclinata de trinitate disputantem. Facta est vox ad eam dicens Cum ad Augustinum iussi tunc de trinitatis gloria attentissime disputabar. et ideo quod ibi fueris non aduertit. **Secunda** posuit in temptonum et omnium demonum effugatione. hoc significatum est **Ero. v.** Deus hebreorum vocauit nos ut eamus viam tuam diebus in solitudine. id est ut per fidei trinitatem in hac vita in qua peregrini sumus seruiamus ne forte accidat nobis pes. id est temptatio que est in carne. aut gladius que est temptatio ab hoste. **Istud** etiam notat in quodam fidei notario apostolus constantinopolim de quo legitur quod cum magister eius duxisset ad quendam locum ubi congregata fuit multitudo demonum. unus ledens in throno interrogauit si seruus fuisset. Et ille se signans dixit. Ego sum seruus sancte trinitatis. et statim omnes disparuerunt. **Tercia** posuit in aduersitatum perpullsione. Nam sicut refert Iohannes damascenus Cum apud constantinopolim peritus grauis esset. de medio populi quidam puer in celum raptus canticum sancte trinitatis scilicet Sancte deus. sancte fortis. sancte et misericors saluator miserere nobis. ab angelis est eductus. quod cum rediens decantasset mox omnis tribulatio cessauit. **Tercio** propterea ponit qualiter sancte trinitati est seruendum. quia cum timore cum dictis. Et metuant eum omnes fines terre. Circa quod sciendum quod quedam sunt sub terra. sicut demones et damnant in aquis penam positi. **Job. xvi.** Ecce gigantes gemunt sub aquis. Ipsi sanctam trinitatem et si timore metuant tamen odiunt et blasphemant. **Psalmus.** Supbia eorum qui te oderunt ascendit semper. Alii sunt super terram. sicut sunt angeli et beati. **psalmus.** Credo videre bona domini in terra uiuentium. et isti sanctam trinitatem amore sancto metuant et reuerent ac laudant quotidie dicentes **ysaie. vi.** Sanctus sanctus sanctus dominus

deus exercituum. Unde legitur quod cum quidam vir sanctus cum alijs plallentibus esset in ecclesia uidit beatam virginem illuc aduenientem et ad gloria patri prouide inclinantem. qui cum eam de hoc interrogasset. respondit quod quandoque ille xanthulus trinitatis ab ecclesia dicit. tota curia celestis sancte trinitati inclinat et ipsam reueretur. Alii sunt in medio terre sicut auari et terrenorum cupiditatis dediti. et isti non sunt digni gloriam sancte trinitatis narrare. ne dicatur eis illud **psalmus.** Peccatori autem dixit deus. quare tu enarras iustitias meas etc. Unde sicut refert bonifacius in libro suo quem scripsit ad comitem sam Barildam. Cum quidam archiepiscopus symoniacus per reses puinca non posset. preceptum est ei ut verbum trinitatis diceret. Et cum ille sanctam trinitatem maxime spiritum sanctum nominare non posset. sic deprehensus et confusus est. Alii sunt in finibus terre. sicut vii perfecti in quibus terrena sumunt. et isti beatam trinitatem metuant timore filiali. **Ecclesiasticus. i.** Plenitudo sapientie timor domini. et isti semper trinitatem debent laudare ac dicere. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Istum enim versum sancte trinitatis mensina sinodus edidit. sed Iheronimus in fine psalmorum dicendum ordinauit.

Eodem die.

Sermo. iij.

Tres sunt qui testimonium dant in celo. scilicet pater. verbum. et spiritus sanctus. et hi tres unum sunt. prima Iohannis. v. Sanctus Iohannes euangelista recumbens supra petrus domini et fluens sapientie inde hauriens misterium sancte trinitatis et unitatis nobis sub breuibus verbis tradidit. dicens. Tres sunt. **En** quibus verbis tria ostendit. Primo quod in diuinis est trinitas personarum et unitas essentie cum deo.

Tres sunt qui testimoniū dant i celis ꝛc
 Istam autem trinitatem ꝛ unitatem pso
 narum ostendit **Dionysius** in libro de di
 uinis nominibus per quatuor exēpla osten
 dens qd filius ꝛ spūs sanctus procedunt a
 patre sicut duo riuī ab vno fonte. sic due
 pullulatiōes ab vna radice. sicut duo flo
 res ab vna arboze. Et sicut duo radij ab
 vno sole. **Aut** enim sic. **Pater** est fontana
 deitas. **filius** autē ꝛ spūs sanctus deitatis
 si ita oportet dicere pullulationes diuine
 nature. ꝛ sicut flores ꝛ supersubstantialia
 lumina. **Quomodo** autē sint neqꝫ dicere
 neqꝫ cogitare est possibile. **Procedūt** igit
 primo sicut duo riuī ab vno fonte. **Pater**
 enim est instar fontis. **Filius** instar riuī a
 fonte pcedentis. spūs sanctus instar stagni
 a fonte ꝛ riuo pcedentis ꝛ emanantis.
Secundo pcedunt sicut due pullulatio
 nes ab vna radice. A radice quidem pro
 cedit truncus. ꝛ a radice ꝛ trunco educit
 ramus. sic a patre pcedit filius. a patre ꝛ
 filio pcedit spūs sanctus. **Tercio** pcedūt
 sicut duo flores ab vna arboze. **De arbo**
 ze quidem pcedit flos ꝛ ex arboze ꝛ flore
 nascit fructus. sic a patre pcedit filius.
 ꝛ ab vtroqꝫ spūs sanctus. **Quarto** proce
 dunt sicut duo radij ab vno sole. A sole
 quidem pcedit splendor. A sole ꝛ splen
 dore producit calor. **Augustinus.** **Uide**
 mus solem p celum currentem. lucētem
 calentē **Ista** igit tria p̄siderant in sole. s.
 cursus splendor ꝛ calor. sic in deitate inue
 nimus patrem currentem. id est potenter
 omnia operantem **Iohannis.** quinto ca.
Pater meus vsqꝫ modo opatur. **Filius**
 splendentem. id est splendorem sue sapi
 entie effundentem. **Iohannis** primo ca.
Erat lux vera ꝛc. **Et spiritum sanctum** ca
 lentem. id est corda inflammantem **Luce**
 vndecimo capitu. **Ignem** veni mittere in
 terram **Secundo** ostendit **Iohannes**
 qd in diuinis sunt quedam appropriata.
 cum dicit. **Qui** testimoniū dant in celo.

Secūm autem glosam cristus habuit tri
 plex testimoniū qd sit celestis. **Primum**
 est a patre. cum dicit. **Hic** est filius meus
 dilectus. **Secundum** autem a seipso qm
 fuit tñsfiguratus. **Tercium** a spiritu san
 cto quando in specie columbe sup eum ap
 paruit. **Et** quis iste operatiōes fuerunt
 cōmunes. tamen scdm beatū **Augustinū**
 illius vocis allatio attribuitur patri. tñs
 figuratio filio. ꝛ columbe formatio spiri
 tui sancto. **Ponūt** autem sancti ꝛ alia ap
 propriata diuinis personis. quorum **Au**
 gustinus in libro de trinitate tria ponit di
 cens. **In** patre vnitās. in filio equalitas
In spiritu sancto vero vnitatis equalita
 tisqꝫ connexio. **In** alio quoqꝫ loco appro
 priat patri potentiam. filio sapientiam. et
 spiritu sancto bonitatem. **Hilarius** vero
 in libro de scā trinitate alia tria ponit di
 cens. **Eternitas** ē in patre. species in ima
 gine. vsus in munere. **Ex** his ergo patet
 qd patri attribuitur potētia vnitās ꝛ eter
 nitas. **Filio** sapientia equalitas species
 siue pulcritudo. **Spiritu** sancto bonitas
 nexus ꝛ vsus. **Horum** autem rationem
 breuiter videamus. **Pater** namqꝫ est fon
 tale principium. ꝛ ideo sibi attribuit po
 tentia que in se includit ratōnē principij.
Est etiam principium non de principio.
 ideo sibi attribuitur vnitās. que sicut prin
 cipium sine principio in numeris inueni
 tur. **Et** etiam principium omnis processi
 omis. scilicet generatiōis ꝛ spiratiōis. ꝛ
 ideo sibi attribuitur eternitas. que ē prin
 cipij omnis duratiōis scilicet eui ꝛ tem
 poris. **Filius** autem procedit a patre per
 modum intellectus quo sapientia pficit
Et ideo sibi attribuit sapientia **Recipit**
 etiam inqꝫtum filius a patre genitus ean
 dem naturam quam habz generans. ideo
 sibi attribuitur equalitas. **Est** etiam ver
 bum patris in quo tanqꝫ in speculo om
 nia resplendent atqꝫ relucunt. ꝛ ideo sibi
 attribuitur species siue etiā pulchritudo.

Spiritus sanctus pcedit a patre et filio et amor cuius obiectum est bonum. et ideo sibi attribuit bonitas. Est etiam amor patris et filij quo ununt. et est donum quod nos vult. et ideo sibi attribuit nerus. Pater i amore diuino fruit seipso et diligit filium amore fructuoso. et ergo spiritus sancto appropriat vsus. Unde beatus augustinus. vsum expone fructione. Tercio ponit quedam propria cum dicit. Pater. verbum. et spiritus sanctus. Quamuis enim per hoc ab invicem distinguantur non tamen diuidunt. sed sicut sunt una essentia. ita habent unam virtutem. unam voluntatem. et nam operationem. quod enim quantum ad ista quatuor non diuidantur dicitur Jo. v. Non pater filius quicquam a se facere. Ecce quod habet eandem cum patre virtutem. Sicut enim filius non est a seipso sed a patre. sic et a se ipso non habet virtutem operandi sed a patre. Habet etiam a patre eandem essentiam. Unde subdit. Nisi quod viderit patrem facientem. Quia enim illa generatio qua filius a patre pcedit non est carnalis sed spiritualis. et sensus visus inter ceteros sensus est magis spiritualis. ideo per sensum visus exprimitur. Videte enim patrem facientem nihil aliud est quam ab ipso accipere essentiam et operari virtutem. Habet etiam eandem operationem. unde subdit. Quicumque enim pater fecerit. Habet etiam eandem cum patre voluntatem. ideo subdit. hoc et filius filius faciet. id est similivoluntate cum patre.

Eodem die Sermo. iij.

Potestas dei est et tibi dñe mia. quod tu reddes unicuique iuxta opera sua. Psal. Secundum sanctos doctores patri attribuit potentia. filio sapientia spiritus sancto bonitas siue mia. Duo prima scilicet potentia et mia patent in auctoritate premissa. Tercium autem scilicet sapientia notatur cum dicitur. quod tu reddes unicuique secundum opera sua. Omne enim iudicium datum est filio. sicut dicitur Johan. v. Iudex autem indi-

get sapientia ad examinandum et diffiniendum. et ideo in hoc quod dicitur. quod tu reddes unicuique secundum opera sua. filij sapientia subintel-
ligit. Primo igitur potentia attribuit patri. Quamuis enim filius et spiritus sanctus sint omnipotentes patri tamen omnipotentia attribuitur ne in cordibus simplicium ex eo quod pater dicitur impotens reputetur. Quamuis autem deus sit omnipotens sunt tamen sex que ipsum superant et vincunt. Primum est sua pietas viscerosa 1. Thim. xxi. Si filius honorabilis mihi esset si puer delicatus. quia ex quo locutus sum de eo adhuc ego recorro dabor eius. Idcirco perturbata sunt viscera mea super eum misceans miserebor eius. 2. Thim. xj. Conuersum est cor meum in me pariter perturbata est penitudo mea non faciam furorē meum. Secundum est oratio nostra lacrimosa. Genesis. xxi. Si propter deum fortis fuisti quanto magis propter homines preualebis. Fuit autem propter deum fortis per lacrimas quas effudit. Sicut dicit 2. Thim. xj. Inualuit ad angelum et confortatus est. fleuit et rogauit eum. Hoc etiam notat. iii. Regum. xx. de ezechia rege cuius lacrimae deum vicerunt. Tercium est caritas affectuosa. Ipsa enim deum de celo ad terram traxit. Augustinus. Caritas quātas et quā magnas vires habet. deum de celo ad terram deposuisti. Ipsa enim eum in patibulum ascendere fecit et coegit. Luce. xij. ca. Baptisma habeo baptizari. et quomodo coartat donec perficiat. Quartum est similitudo virtuosa. Qui enim sibi voluntati sue vim faciunt deum vincunt. Matth. xj. Regnum celorum vim patitur et violenti rapiunt illud. Quintum est humilitas gratiofa. quod significatur est. iii. Regum. xxj. ubi scilicet dominus dixit helic. Nonne vides achab humilitatum coram me. Quia igitur humiliatus est mei causa non inducam malum in diebus eius. Hoc etiam manifeste patet in minutis. Sextum est similitudo virtuosa. ij.

Timo. ij. Negare seipsum nō potest. glo-
sa. qd faceret si dicta sua nō impleret. Ex
hoc em̄ verbo improperebat helymasma
gus paulo. quem admodū refert ipse dio-
nysius in li. d. diuinis noibz. Dicebat em̄
si omnipotens est quō dicit aliquid non
posse a nostro theologo. Et respondit ipse
dionysius. Etenim si ipsius negatio ca-
sus est a veritate. veritas autē est existēs
a veritate aut casus. ab existente aut cade-
re non potest deus. **S**cdo sapientia at-
tribuit filio. et quis pater et etiā spiritus
sanctus eandem habent sapientiā. tamen
ne ex eo qd dicitur filius ab imperitis minus sa-
piens crederet. ideo sibi attribuit sapien-
tia. Quis autem sit summe sapiēs. tamē
scienter se a nobis decipi pmitit. Et hoc
in venditōne emptione commutōne et diui-
sione. In venditōne enim qd vendendo no-
bis regnum celoz. dimittit se decipi infra
dimidium iusti pretij. vedit enim ipsum
apostolis p rebus et pua nauicula. **Ma-
the. iij.** zacheo pro dimidia rez suaz sub-
stantia. **Luc. xix.** Quidue p duobz minu-
tis. Et quibusdam p calice aque frigide
vt habet. **Mathe. x.** Quibusdam etiā p
sola bona voluntate. **Ihero.** Que offerunt
non sui pondere. sed offerentiū voluntate
pensat. **Aug.** Regnum celoz tantū valz
quantum habes. nihil vilius cum emis.
nihil carius cui possides. **S**cdo dimittit
se decipi in emptione. qd vilia nostra caro
precio emit. nam corpus nostrz emit p̄cio
sui sanguis. **i. Cor. vi.** Empti estis p̄cio
magno. Animā nostrā emit positione aīe
sue. **i. Johā. iij.** Ille p nobis animā suaz
posuit. **Res nostras emit ad centuplū**
vt habet. **Mathe. xix.** Penitentia nostrā
emit p regno celoz. **Mathe. iij.** Peniten-
tiam agite appropinquabit em̄ regnū ce-
loz. **T**ercio pmitit se decipi in commutari-
one. qd aurū sue gratie commutat in lutum
nostre culpe. **Q**uarto pmitit se decipi in
diuisione. homo enim quicqz corpus suum

cū deo et dyabolo diuidit. et dat dyabolo
iuuentutem et dat deo senectutem. Et tū
deus accipit ab homine quicquid habere
potest. **Genesis. iij.** Nonne si recte offe-
ras et nō recte diuidas peccasti. Tales et
recte offerunt quādo deo senectutem suaz
tribuunt. sed non recte diuidunt. quia do-
dant etatem viliozem et dant dyabolo me-
liorem. **T**ercio bonitas et misericordia at-
tribuitur spiritui sancto. Et quis pater et
filius eandem habeat misericordiam. ta-
men quia spiritus dicit quandam specio-
sitate ne hoc d spiritui sancto ab imperi-
tis crederet ei bonitas et misericordia at-
tribuit et ipsa eius misericordia est tanta
q vbiqz inuenit. Nam in celo est miseri-
cordia saluans. **Psalm.** Domine in celo
misericordia tua In mundo misericordia
longanimitate expectans. **Isay. tricesimo.**
Expectat vos dominus vt misereat vestri
In purgatorio est misericordia liberans.
Eccle. ij. capitu. Liberasi me a pressura
flamme que circumdedit me. **E**t ibidem.
Liberasi me scdm multitudinem miseri-
cordie nominis tui. In inferno est miseri-
cordia mitigans. quia ibi peccatores pu-
niuntur citra p̄dignum. **Psalm.** Nonqz me-
ternum obliuiscer misereri deus aut con-
nebit in ira sua misericordias suas. Tāta
autem est misericordia et bonitas q non
videt posse ea que repugnat sue bonitati
vt saluandum damnare. Unde dixit an-
gelus qui p̄sonam dei gerebat loth viro
iusto. vt habet. **Genesis. xix.** Non potero
facere quicqz donec egrediaris illuc. non
videt posse ea que repugnant sue miseri-
cordie. sicut peccatorem penitentē ad mi-
sericordiam non reuocare seu recipere. vñd
dicit **Augustinus.** Tardius siquidem vi-
detur deo peccatori veniam tradere q ipsi
peccatori accipere. Sic enim deus festinat
absoluere reum a reatu conscientie sue.
quasi plus ipsum cruciet compassio mi-
seri quaz ipsum miserum compassio sui.

Non etiam videtur ea posse que repugnant
sue gratie. scz gratiam ab inuito auferre.
Unde dicit aniel. Cum deus velit qd ani-
ma habeat rectitudinē volūtatīs. si ab ip-
sa iniura eā auferret. iam vellet eam nolle
q̄rere eam velle

De sancto Barnaba.
Sermo primus.

Ioseph qui cog-
noscitur eis barnabas ab aposto-
lis. qd interpretatum est filius consolatio-
nis. leuitas cyprius genere cuius haberet ag-
gredidit illum et attulit precium. et posuit
ante pedes apostolorum. Act. iij. Quilibet
vere penitens et puerius quicquid debet ha-
bere. Debet namque perficere in gratia. spā-
te de venia. satisfacere de offensa. dolere de
culpa. et despiciere terrena. Ista beatus bar-
nabas a christo puerius perfecte habuit.
que in verbis premissis notant. Primo
namque perficit in gratia. qd notat cum dicit.
Ioseph qd interpretatur augmentum. Ip-
se enim augmentum faciebat. qz de virtute in
virtutem semper ibat. ps. Ibunt de virtute
in virtutē. j. Petri. iij. Crescite in gratia et
cognitione dñi nostri ihesu xpi et saluatoris.
Debet autem quilibet iustus perficere qm̄
ad augmenta virtutis et extirpationem vi-
ciorum. Unde dicit Gene. j. Crescite. i. de vir-
tute in virtutem perficite. et multiplicamini
i. virtutes multas acquirite et replere ter-
ram. i. per bona opera fructificare et subijci-
te eam. i. sensualitatem rationi supponite
et dñamini piscibus maris. id est moribus
luxurie. de qua dicitur Prover. v. Fauus
dissillans labia meretricis. nouissima au-
tem illius amara quasi absinthium. Et vo-
luntatis celi. i. moribus superbie. et vniuersis
ammanibus que mouent super terram. i.
moribus auaricie. Secundo sperauit de ve-
nia. quod notat cum dicitur. barnabas. i.
filius consolationis. Magna enim est con-
solatio peccatori quando sperat de venia sal-

uatoris. psal. Memor est verbi tui seruo
tuo domine in quo mihi spem dedisti. Ex
tali enim spe anima consolatur. Unde di-
cit. Nec me consolata est in humilitate me-
a. A morte culpe uiuificatur homo. Ideo
dicit Eloquentia tua uiuificauit me. Su-
perbi autem et obstinati peiores efficiunt.
Ideo dicit. Superbi iniqui agebant vsqz
quaqz. Nam quo deum misericordiores
sentiant. tanto securius in peccatis confi-
sunt. Tercio satisfecit de offensa. quod
notatur cum dicitur Leuitas. Nam si ali-
quando mancipauit se mundo. postea ta-
men totaliter dedicauit se deo. Dicit au-
tem de leuitis Deuteronom. penultimo.
Ponent thymiam in seruire tuo et holo-
causta super altare tuum. benedic domine
fortitudini eius. et opera manuum eius
suscipe. Per que datur intelligi qd sanc-
tus Barnabas in quantum fuit leuitas sa-
tisfecit deo per deuotam et odoriferam ora-
tionem. ideo dicitur Ponent thymiam.
per carnis mortificationem. Ideo dicitur
Holocaustum super altare tuum. per for-
tem aduersorum per passionem. ideo dicitur.
Benedic domine fortitudini eius. per lar-
gam elemosinarum largitionem. ideo dicit.
Et opera manuum eius suscipe. Ipse enim
aggredidit et precium ad pedes aposto-
lorum posuit. Quarto doluit de culpa. qd
notat cum dicitur. Cyprius qd interpre-
tatur merens Job. xxx. Merens incedebam
sine furore surgens in turba clamabam
Verus enim penitens debet habere dolo-
rem magnum. ideo dicitur Merens. Do-
lorem primum. ideo dicitur. incedebam.
Nunc enim iste dolor debet finire sed sp-
augeri. Dolorum spontaneum. ideo dicitur.
Sine furore consurgens. Augustinus?
Hic semper dolebat et de dolore gaude-
bat. Dolorum vniuersalem. ideo dicitur.
In turba clamabam. Et talis dolor de-
bet esse perfectus. Debet namque clama-
re isto dolore cordis. non tantum contra